nit ad se aulae praefectum ut saltim à Duce priori Illuminati patrono exilium
ab urbe peteret, et aut ipse eum amoveret aut discedere iuberet vel Gubernа-
toris cū quo ab ipso pendebat illud agitaret. quemadmodū adhibitū est.
Cum Romam veniret dux ille postulavit p famulū Illuminatus ad se
veniret, Venit, et loquentes cū ei dux primo suasit ide minaci vitae
periculo imperavit à Celinagi consanguinei sui domo discederet, ni in-
terfici vellet, flocci fecit ea Illuminatus ad decreto statuerat iam nullo
se vitae periculo Principis servitutem relicturū, Excogitatus deterior fuit
dolus ut omnia Illuminati negotia etiam extra urbem destruerentur ut
sic de rebus suis desperatus in Patriam reverteret, turbatum sic igitur fuit
literis Bononiens[illegible] negotium, Scriptae ad Toscanae senatū literae
ne illū in physicū cooptarent, hoc enim tradari ab ipso supplicabant,
Sed neq his contentus, Adiuit primo ipsū (pro facinus) Vicarium S.R.
E. Rmū. eiq denuntiavit se domi perversissimum haereticū habere
qui filium suū Celinagum Principem ad haeresim pelliceret qui
Necromantiam et nefas omnes artes callebat et exercebat, qui
etiam nunc ex itinere praereptus abducere Celinagum ad haereticos
conatus fuerat, qui denique esset omnium vitiorum scelerum
et haeresium officina et compendium, Orabat ut auxilio esset huic
noxio ne filius periret et tanti sceleris author impunitus mane-
ret, Illmus. Vicarius tanto gaudio tanti viri convicio se Illuminatū
comprehensurum pollicitus, non saltim ut ipso faveret sed ut pessi-
mum eum seductorem correctioni et poenis suis improborum om-
nium exemplo traderet. Unicum tamen exposcebat ut testes improbita-
tis adderet cum consuetum nusquam fuerit in Ecclesia Catholica appre-
hendere quenquam de quo per plures testes certo non constet in eo esse
aliquid quod animadversionem mereatur, Studuit paulisper in
hoc Dux tandem aulicis sententiam explicavit, sed profecto non desunt
unquam falsi criminatores qui aulas alunt, Sunt neq ipsi; aderant quoque
qui sponte se offerebant, quos ferme divis accomodabat animus. Tota aulae
praefecto, viro sagaci non minus quam perfido et doloso causa commissa fuit,
Ipse primo convocaret ut dux Illuminatū et eius scissitaret testes ius-
sit, Sic igitur actum est. Dux vocato Illuminato petijt quo forte ipse sus-
picaretur datos fuisse supplices libellulos gubernatori, Accusavit, sed inimi-
cos Illuminatus quos tamen suspicabatur culpam habere cum antiquos
perduelles sciret. Notavit Dux omnium nomina diligentissime et se
apud gubernatorem disquisiturū promisit quis horum causam Illumina-
ti agitaret ut eum vel pelleret, vel detruderet. Suspicabatur nihilo-
minus exiguū Illuminatus Ducem contrariū agere ac odio ipsum habere
sed cum Celinagi literis persuaderetur hoc nullo modo esse suspicandū
cum ipse certo sciret Ponentem nihil amplius extra lyncaeos tractaturum